

lis obtrusum præ infirmitate deserit. Rectè ergo Galenus: ex imbecillitate virium carnis totius corporis, anasarca nascitur. Siue iam à totius intemperie hepar, siue ab hepate totius partes singulæ debilitentur.

Ascitem tandem sola hepatis insignis nativi caloris frigiditas parturit, vt licet alieno exæstuet, propter imbecillitatem tamen, chylum quidem probè à ventriculo elaboratum, non superet tamen, nec in sanguinem laudabilem, sed aquosum potius & serosum conuerat. Sanguificatrix vis enim opus suum exorsa, præ imbecillitate deserit, vt chyli partes inuicem diremtas, crassiores à tenuioribus ad nouam miscelam, sanguinisque formam recipiendam flectere & præparare nequeat: vndè quæ tenuiores sunt in proximas partes non distribuuntur, læsa etiam distributione, sed, vt initio dictum est, diffluunt. Hoc Galenus voluit, quando ait citato loco, Ex sanguificæ virtutis imbecillitate, Hydropem (Ascitem intelligens) nasci. Hæ causæ generalium Hydropis specierum.

Particulares autem nonnullarum partium **Particula-**
hydropes dari, experientia testis est. Hydrocephalos enim capitidis & cerebri hydrops **Hydro-** **rum Hy-**
dropum
causa.
est. 1. Pulmonis & Vteri meminit Hipp.lib.
2. & 4. de morb.internis. **C R A T O** Medicus
Cæsareus MAXIMILIANVM II. Imp. hydrope Cordis & Pulmonum interiisse, narrare solebat. Et nos meminimus cuiusdam **Obserua-**
Phthisici aperto cadauere, pulmones tum **tio.**
consumi cæpos, tūm copiosa, serosa, foeti-

O iij